Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Davidis de Spina ... Manuale sive Lexicon pharmaceutico-chymicvm

Spina, David de

Francofurti ad Moenum, 1700

[Pannus]

urn:nbn:de:bsz:31-127465

Visual Library

infundantur in aceto flor. Tunicæ ℥xv. Stent in infuſione in loco calido per 24. horas, poſtea filtrentur, *Sacchari cand. alb.* tantundem addatur, & ad uſum reponatur.

In dolore capitis, Melancholia, Epilepſia qualicunque, Angina, Peſte, Pleuritide, Tuſſi, Aſthmate, ventr. affect. præſervat. à Podagra, Dyſenteria, morbo Hung. venenis hauſtis, coagulat. ſang. &c. excellens eſt. *Vid. corp. ph. p. 543. b.*

Oxyſaccharum ſimplex *P. A. V.*

℞. *Succi Granatorum acidorum*, ℥viij. *Aceti* ℥jv. *Sacchari albi* ℔j. Saccharum clarificetur, & cum aceto, ſuccoque Granatorum in Syrupi formam reducatur.

Humori ferventi refrigerando, craſſo autem incidendo, putredini arcendæ, ſiti ſedandæ, nec non viſcerum inflammationi mitigandæ conducit. *Vid. corp. ph. p. 498. b.*

Oxyſaccharum ſimplex *Zwelfferi.*

℞. *Succi Granatorum acidorum recenter expreſſi* ℔ß. *Aceti vini, roſati* vel *violati* ℥viij. *Sacchari albiſſ. cant.* ℔ß. Coquantur in vaſe terreo ad conſiſtentiam Syrupi, cui pro grato odore & ſapore conciliando adde Eſſent. Citri Saccharinæ ex recentibus cort. paratæ ʒiß. Fiat Oxyſaccharum.

Refrigerat & humectat, craſſos humores incidit, ſiti ſedandæ, nec non viſcerum inflammationi mitigandæ conducibile eſt, ab ʒß. ad ʒj. in aquis vel vehiculis convenientibus. *Vid. corp. ph. p. 498. b.*

P.

Pannus Linteus *Crocatus.*

℞. *Crudum ex Cannabe linteum, ablue quinquies vel ſexies in ſpermate ranarum* menſe Martio collecto, & filtra-

filtrato, ut grana illa ſive oculi nigri ſeparentur inde, idemque toties in umbra per ſe, non in calore, ſive luce ſolari areſcere ſine; poſtea

℞. *Aceti flor. Sambuci* & *Croci* ſ. q. & f. Tinctura, in qua illud ex cannabe confectum linteum coquatur, donec ſublimem à Croco imbibat calorem, tuncque unà refrigeſcere ſine, poſtea exime pannum illum crocatum, in umbra ſicca, & ad uſum reſerva.

In Podagra, Eryſipelate, (præmiſſis tamen præmittendis) *experimentum eſt.* Loco enim affecto pannus ille impoſitus, prius tamen ſapone Veneto inunctus, ſiſtit dolores, in cruciatibus arthriticis remedium planè divinum eſt. *Vid. corp. ph. p. 667. a.*

Paſſulæ Laxativæ *Norimbergenſ.*

℞. *Paſſular. minor. mundat.* ℥iiij. *Magiſterii Jalappæ, Scammonii*, aa. ʒj. Conſice ſecundum artem. *Vid. corp. ph. p. 318. a.*

Paſſulæ Pectorales *D. Fauſii.*

℞. *Jujubar. Sebeſten, Radic. Tuſſilag.* cum toto, *Althea, Symphyti*, aa. ℥ij. *Fol. Botryos, Piloſella, Pimpinella* cum toto, aa. M. ij. *Capit. papav. alb. major.* no. iiij. *Liquirit. raſæ* ℥j. *Sem. Malva, Bombacis rec.* aa. ℥ß. *Aq. Vlmaria, Hyſopi, Scabioſ. Pomorum redolent. Flor. acat.* aa. ℔ij. Coquantur & colentur, colaturæ adde *Sacchari candi albi* ℔iß. *Mellis opt.* q. pl. Solutis & cum album. ovi clarificatis adde *Paſſular. Damaſc. integrar. Vvarum Corinth. opt. lotar.* aa. ℔j. Coque ſ. a. in Syrupi conſiſtentiam & f. ſ. a. conditum.

Paſſulæ Purgantes *Amſtelodam.*

℞. *Fol. Sen. el. mund.* ℥viiij. *Sem. Fœniculi* ℥j. Macerentur per noctem loco tepido, in ſ. q. Infuſionis